



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 116. Bucagius Comes Aula relictus Cappucinatorum institutum professor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

stiterat, conjuratorum Princeps nominetur. Verum Rex cuncta istorum consilia ex indicio Nicolai Polinii, qui Infulani Prætoris Vicarius erat, per Chivernium Cancellarium edoctus copias undique cogit, omnesque portas stationibus firmat, hacque sua diligentia conjuratorum molimina successu suo destituit, Ducem vero Maduanum, qui Parisios venerat, ad tantam animi anxietatem redigit, ut clandestina fuga ex urbe excederet.

§. CXVI.

*Bucagius Comes Aula relicta Capuc-
cinorum institutum professus.*

Sub idem tempus Bucagius Comes Josephæ Ducis Frater, & Guilielmi II. Josephæ Ducis Filius præmatura uxoris suæ morte commotus Aulam reliquit; quippe austeram vitæ rationem, quam pia ejus conjux duxerat, imitaturus totum se Deo consecrare statuit, atque in medio blandientis fortunæ stadio, spreta nobilitatis gloria, necnon temptis victoriarum præmiis, quæ sibi armis parta polliceri poterat, ad Patrum Cappuccinorum cœnobium, quin prius animi sui propositum Regi manifestaret, secessit, ibique sacrum habitum induit, deinceps Pater Angelus nominatus: exinde vero tota aula tantopere confusa,

Sæcul. XVI.
A.C. 1587.

*Vie du P.
Ange par
M. Callieres
Thuan. 1. 87.
Mezer. ab-
reg. Chron.
t. 3. p. 329.*

Sæcul. XVI
A. C. 1587.

fusa, ac turbata est, ut ferme omnes calamitatum, quæ a foederatis Aulæ impendebant, immemores esse viderentur: quinimo ipsemet Rex unacum Joyosa Duce hunc Comitem adiit, nullumque non movit lapidem, ut illum ad mutandum vitæ genus pertraheret, eumque rursus ad Aulam perducere posset: attamen Pater Angelus flesti nescius ab instituto, quod amplexus est, nullo pacto absterreri poterat, sed usque ad annum Christi millesimum quingentesimum nonagesimum secundum, seu per quinque annos constans in sacro hoc Ordine perseveravit, dum anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo septimo die quarta Septembris Patribus Capuccinis sese associaverat.

§. CXVII.

Facultas Theologica Parisiensis a Rege objurgata.

Journal. l. c.
t. 1. p. 95.
Maimb. l. c.
pag. 212.

Ex hoc Bucagii Comitis secessu non modo Henricus II. Franciæ Rex plurimum turbabatur, sed inde etiam longe magis funestum rerum suarum augurium cepit, foederatorum seditio- ne Parisiis indies aucta; hi enim eo temeritatis devenerant, ut die trigesima Decembris hoc anno Regem compellerent, quatenus ad Luparæ Palatium Sena-

Sena-